

IV.

Weltchronik eines Minoriten von Assisi¹.

Codex Assisi, Bibl. monast. S. Francisci (jetzt verstaatlicht) Nr. 341 (neue Nummer) mbr., 4^o, in altem Holzeinband, fällt auseinander, viele Blätter lose.

f. 3. Quomodo sancta fides Christi et sancta ecclesia permansid et permanet victrix de persecutionibus impiorum et hereticorum.

In precedentibus libris ecclesiastice ystorie beati Eusebii episcopi Cesariensis et in ystoriis sanctorum martirum declaratum est, quomodo sancta ecclesia et christiana religio in prioribus temporibus pugnavid contra leonem, Romanum imperium paganissimum, et humilitate et sancta patientia data sibi a domino Ihesu Christo, superbiam et ferocitatem ipsius leonis devicit, et sub pedibus agni mansueti, filii Dei, Ihesu Christi, leo devictus se submersid in maximo augusto Constantino et successoribus eius. In libris vero istis que consequuntur declaratur, quomodo sancta mater ecclesia et vera et immaculata fides christiana pugnavid et pugnat adhuc contra draconem, id est contra cuneum hereticorum Arrianorum et aliorum plurium hereticorum et novissime Patarenorum. Et sicut leo devictus ab agno se subiecit illi, ita et draco versutus et in insidiis suis deprehensus et confusus evanuid et amplius evanessed, quia ipse Christus, qui est via recta, veritas immaculata et vita vivens, licet permittat sepius per flagella sanctam castigari et purgari ecclesiam et religionem christianam a rubigine peccatorum, tamen ipsam exterminari non permittit ab impiis, sed relevad eam et prosperari facit et relucere ipsam facit miraculis et sancta doctrina.

Continentur in hiis libris iste ystorie que in istis rubricis notantur et capitulis infra scriptis.

Folgt f. 3–4'. Capitelindex, eine grosse Anzahl Capitel (etwa 200), darin Unterabtheilungen, welche eine grössere Anzahl Capitel umfassen (roth):

f. 3', col. 1. De desolatione que facta fuit per Totilam flagellum Dei, regem Gotorum.

f. 3', col. 1. Rubrice de gestis et persecutionibus Longobardorum, quomodo Ytaliā et urbes eius et gentes oppreserunt.

f. 4, col. 1. Yncipiunt rubrice de septa² Ysmahelitarum Sarracenorum.

Rubrice plurium ystoriarum de ortu et profectu et victoriis magnis regum Franchorum.

f. 4, col. 2. Rubrice ystoriarum de imperio Alamanorum.

1) S. oben S. 227.

2) So für 'secta' Hs.